Ci(r)socele uenae uel neruorum extollentia eorum (*ita a² pro earum uel etarum*) qui (quem *codd.*) testis nutriunt III 598, 14.

Cis ἐντός II 300, 45; III 442, 6 (*cisci*). *citra* uel post IV 34, 28. **cis** uel **citra** de ista parte IV 218, 36. **cis** **citra** id est ultra V 277, 19. **cis** pro ultra V 639, 60 (= *Non.* 92, 6 *ubi* *citra*). *Cf. Thielmann Arch.* IV 388 *adm.*

Ciscillus *v.* *acisculus.*

Cisarius καρουχάριος II 338, 61. *V.* *circissarius.*

Cisium latet in his glossis: **cissum** uehiculum V 639, 19 (*Non.* 86, 28). **cisum** (*h. e.* *cissum* = *cisium*) carpentum IV 34, 54; 218, 42; 318, 41; 495, 14; V 276, 62; 351, 54. *genus uehicularum* IV 35, 6. **circus** uehicularum *genus* IV 218, 46. **cissis** *genus uehicularum* Gallici V 658, 20 (*schol. Gronov. pro S. Rosc.* 19).

Cis Padum *v.* *scispadum.*

Cis Rhenum intra (*citra* *Deuerling: cf. W. Heraeus Arch.* VI 275) *Rhenum* [coniecturae factae *om. G.* coniectare *iacere Loeue*, coniectore uate *Heraeus*] *Plac.* V 13, 7 = V 55, 13. *Cf. Non.* 92, 6.

Cisseus auisus III 552, 62. *bicinon* III 554, 56; 619, 10. *cistoris* III 558, 67; 622, 58. *V.* *ungula caballi* (?).

Cissuntem portus Erythraeorum V 565, 25 (*ex Liv. XXXVI* 43, 9?)

Cissus (*cistos cod.*) id est saquatio, id est silua (*h. e.* *silua mater: cf. Stadler Arch.* X 103) III 537, 69.

Cista κύτις II 357, 18. *κίστη* II 349, 58; III 321, 19; 527, 8. *κάρναξ, κίστη, κοίτις (κοιτης cod. κοίτη e. κύτις?), κόπιτος* II 101, 17. *cest (AS.), arcuula* II 573, 4. *corbis* IV 35, 2; 495, 23. **cistas** corbes grandes IV 318, 42; V 277, 1 (*cista cod.*); 351, 55 (*item*). *ubi lectum sit* V 639, 57 (= *Non.* 91, 22).

Cistella capsella V 565, 30. *a costis*, *ex canna*, *ex ligno*, quibus contextitur V 565, 36 (*cf. Isid.* XX 9, 8 *canna uel ligno*). **cistellam** γλασσοκόμον II 101, 18. *Cf. Fulgent. p.* 50 (*Comm. Ien.* VI 2).

Cisterna λάκκος II 101, 16; 358, 15;

492, 50; III 442, 7. *δεξαμενή* II 268, 14 (*cf.* III 246, 25); III 200, 27; 357, 55; 365, 38.

Cistifer *v.* uicorium.

Cistophori cyneris (denarii H.) V 565, 32 (*cyst. cod.*), argenti V 565, 33.

Cistula sporta V 349, 20.

Citate *ἐντροχῶς* II 101, 22. *cursum* IV 318, 43; V 276, 47.

Citatum *κατὰ τάχος* II 344, 30. *cursum* IV 33, 57; 494, 46.

Citatio *κλήσις* II 350, 47. *ἀνάκλησις* III 442, 8; 484, 53. *uocatio* II 573, 10; IV 318, 44.

Citatorium *κλητικόν* II 350, 50.

Citatio *tramite* *cursu ueloci* IV 218, 35. *Cf.* *cito* *tramite*.

Citatum *aeris mobilitatem aeris* IV 494, 51; V 276, 41.

Citatus *ὠνός* III 373, 55. *agilis* in lingua IV 494, 50. *V.* *citatus* in lingua.

Citatus in lingua *agilis* in lingua V 446, 3.

Citaxus *similis taxo* IV 35, 8; 218, 45; 495, 39; V 593, 34 (= *ceu taxus*).

Cit certamen *excitat pugnam* uel *commouet Plac.* V 12, 11 = V 55, 14.

Citerior *ἐνδότερος* II 101, 21. *exterior* (*interior?*) IV 219, 15. *qui extra est* IV 318, 46; V 540, 14 (*cf.* IV *p.* XLIII). *intraneus*, *intimus* II 573, 14. **citeriorem** *ulteriorem* V 418, 42 (*Euseb. eccl. hist.* V 9) = 427, 12. **citeriore** *interiore* IV 34, 57; 494, 42. *ulteriore* V 276, 26.

Citerius *propius* IV 494, 43. *quasi propius* IV 35, 10. *exterior* (?) IV 219, 14. *ulterius* IV 318, 47. *exterior*, *ulterius* IV 33, 56; 494, 41; V 276, 46.

Citerum (*vel* *citierum*) *aliquid exinde ut cithara (vel* *cithararum sine ut)* IV 35, 9; 495, 40 (*Cythera insula: aliquid exinde Cytheriacum Nettleship 'Journ. of Phil.'* XIX 117. *Citerum et ut citra tutatur Buech.*).

Cithaeron *mons apud Thebas* IV 437, 2 (*Verg. Aen.* IV 303 *et Serv.*). *mons Thebanorum* V 277, 25.

Cithara *κithάρα* II 349, 28. *chelys* IV 318, 48. *V.* *citerum*.

Citharoedus *κithαρῶδός* III 172, 52; 239, 69. **citharoedi** *κithαρῶδοί* III 10, 44; 302, 36; 371, 74; 525, 23.

Citium *citra omnia* V 446, 4; *cf.* IV *p.* XLIII (*Loewe GL. N.* 83). *citra omnia*, *proximum* IV 218, 49; V 277, 18. *contra (citra?) omnia*, *proximum* IV 34, 36. *citra omnium (scr. omnia)* IV 318, 49. **cituma** *proxima* V 639, 3 (= *Non.* 85, 15). *Cf. praef. Anthol. V p. V.* *V.* *connum*, *citro*.

Citius tempus quam oratio deficiet V 660, 41 (*Cic. pro Rosc. Am.* 89).

Cito *ταχέως* II 452, 17. *ταχύ* III 442, 10. *δέξιως* II 384, 41. *propediem* IV 318, 51. *statim*, *continuo*, *exinde Plac.* V 55, 17. **citius** *ταχέως* III 442, 11. *ταχύτερον* II 452, 23. *τάχιον* II 452, 16. *θάπτον* II 326, 41. *prius Plac.* V 55, 16. *maturius* IV 318, 50.

Cito *καλῶ* II 337, 61. **citant** *uocant*, *accersunt* V 276, 17. **citari** *celeriter moueri Plac.* V 14, 43 = V 55, 15.

Cito coctum *v.* *damasonium*.

Cito *tramite* *celeri cursu* IV 434, 12 = 433, 34 (*Verg. Aen.* V 610). *V.* *citato* *tr.*

Citra *ἐκτός* II 293, 15. *δέχα*, *χωρίς*, *ἐκτός* II 101, 19. *χωρίς* II 479, 49. *ἄνευ* II 226, 16. *extra* IV 34, 24; 40; 219, 7. *ultra* V 351, 10. *extra*, *ultra* IV 318, 52; IV *p.* XLII. **citra** *te sine te* IV 34, 44. **citra uos** *infra* (= *intra?*) *uos* V 494, 44. **citra** *bihina (AS.)* V 425, 21 (*Cassian. inst.* V 36, 2). *V.* *cis*.

Citreum *θύνον* II 101, 20. **citrium** *κίτριον* II 349, 59. **cetrium** (*vel* *citrium*) *κίτριον* III 191, 66; 403, 70; 428, 53; 556, 36 (*ceitrin* ·i· *citru*); 621, 13 (*item*). *κίτρινον* III 264, 47. *ἐσπερίς* III 26, 22; 358, 75; 545, 71. *ἐσπέριον* III 442, 9 (*citrum*); 477, 41 (*item*). **cidrium** (*vel* *citrium vel* *cedrium*) *poma cedri* III 588, 31. *poma de cedro* III 609, 19 (*cf.* *erporis* <*ἐσπερίς?*>) *poma cedri* III 662, 69). *erporis* III 590, 21; 611, 45; 623, 57. *erbiscis (vel* *erpiscis?)* III 562, 36; 590, 21; 611, 44; 623, 56. *Cf.* *epredim* *idest cedru* III 538, 42 = 546, 10 (*ἐσπέριον* *citrium?* *aliter Schmidt Herm.* XVIII *p.* 538). **citreae** *sunt spondae ubi antiqui noctibus scribebant* V 616, 33 (*cf. schol. Pers.* I 52). *V.* *pirum*.

Citreus *pomerius* IV 219, 19 (*ubi citrarius pomarius Warren, non recte*); V 494, 47; 565, 34.

Citro *proximum* IV 219, 5 (*citrum prox. abed: citium?*). *huc ad nos* IV 219, 25; 494, 44. *huc ad nos, ultro* (*ultra codd.*) *a nobis ad alia* IV 35, 21. *me praesente* V 446, 2. *V.* *ultro*.

Citropodes *v.* *chytropodes*.

Citroque *et* *ulterius* IV 219, 13.

Citrus *citri folia* III 544, 59. *cit[er]eus* (?) V 639, 13 (= *Non.* 86, 7). *V.* *citreum*.

Citus *ταχύς* II 452, 22. *festinus*, *uelox* IV 33, 62. *festinans*, *properans* IV 318, 53. *citatus*, *uelox*, *festinus* IV 494, 49. *uelox* *seu* *citatus* IV *p.* XLII. *celer*, *uelox* IV 434, 13 (*Verg. Aen.* I 301; XI 462). **citum** IV *p.* XLII. **citam** *uelocem* IV 34, 19; 218, 33; 494, 48. **citi** *festinantes* IV 34, 18; 494, 47.

Ciuica corona πολιτικός στέφανος II 412, 13. Cf. IV 219, 6; V 277, 7.

Ciuico est ciuem facio V 617, 3. **ciuicat** ciuem facit IV 34, 2; 218, 39; 318, 55; 495, 9 (ciuicitat); V 179, 7; 276, 58; 594, 30. **ciuicare** ciuitatem colere uel ciuem facere Scal. V 594, 41. Cf. *Loewe G.L. N.* 164; *Osb. p.* 143.

Ciuicus πολιτής II 101, 28. V. ciuilis, ciuitas.

Ciuile imperium πολιτεία II 412, 8.

Ciuilem quercum quod ciuium custodes coronabant IV 434, 14 (= *Verg. Aen.* VI 772: cf. *Serv.*). **ciuili quereu** quia qui patriam uel ciuem ab hoste liberasset, apud gentiles huius arboris frondibus [arboris] coronabatur V 179, 8.

Ciuilis πολιτικός II 101, 26; 412, 12.

III 267, 8; 274, 53; 442, 13. **ciuilis** et **ciuicus** unum est, sed subauditur aliquid effectum V 276, 63. Cf. *γραμματική* . . . **ciuilis, ciuilis causa** II 478, 31. iustum, **ciuile δίκαιον, πολιτικόν** III 336, 43 (v. ius ciuile). **ciuile[m] ἐμφύλιον** III 209, 3 (v. bellum ciu.). Cf. **ciuilis ἐμφύλιος, ὁ ἐν πόλει γινόμενος πόλεμος** II 297, 2 (v. bellum ciuile). V. ius ciuile.

Ciuilitas πολιτεία II 412, 8; III 274, 44; 442, 14. mansio ciuium V 179, 9 (ciuitas?). V. celeritas.

Ciuiliter ἐδτάκτως, γραμματικῶς, πολιτικῶς II 101, 25. **πολιτικῶς** II 412, 15.

Ciuis πολιτής II 101, 23; 412, 10; III 304, 42; 375, 5; 45; 442, 12. **ἀστός** II 248, 44. **ἀστός, πολιτής** III 274, 52; 267, 7.

Ciuis patricius senator maior IV 33, 60; 219, 21; 495, 10; V 276, 52. Cf. **ciuis pariens** (patricius? nisi aliunde illatum est; parens?) et **patricius** unum sunt V 276, 43.

Ciuis Romanus Romanus natus IV 33, 61; V 276, 59. **ciuis natus** IV 495, 11. **ciuies Romani** Quirites IV 318, 54.

Ciuitas πόλις II 101, 27; 412, 6; 563, 23; III 6, 9; 20, 17; 91, 68; 103, 33 (cf. III 50, 26); 196, 3; 267, 5; 305, 39; 395, 51; 401, 31; 442, 15; 502, 36. **ἄστυ** III 305, 40; 509, 30. **ciuita** (ciuica H.) frequentia IV 35, 1; 318, 56; 495, 22; V 179, 10. ut frequentia IV 219, 20; V 276, 51. **ciuitas** urbs, oppidum IV 318, 57. a conuersatione[m] multorum dicta est, quia multorum continet in unum uitam IV 219, 1. Cf. *Isid.* XV 2, 1 **ciuitates πόλεις** II 557, 58. V. munita ciuitas, acropolis, initium ciuitatis, ciuilitas.

Ciuitas condita πόλις ἐκτισμένη III 353, 24.

Ciuitat v. ciuico.

Cixit v. Cilix.

Clabaea v. cloaca.

Clacendix (cloc.) concha uel labrum V 617, 13. **clacindex** concha V 595; 47. **clacendex** concha V 278, 6; 627, 1. **clacindex** cocta V 351, 42. Cf. *Loewe Prodr.* 279; *Festus Pauli p.* 46, 16; *Hagen Anecd. Helv. p.* CLXXIX; *Plaut. Vid. fragm.* X (ed. mai); *Stowasser 'Z. f. östr. Gym.'* XLI p. 200.

Cladere laedere V 278, 2 (claudere claudere? collidere H.).

Clades συμφορά II 443, 18. calamitas, pestilentia IV 319, 1. **cladis** pestis uel calamitas IV 216, 20. caedis, contagio II 573, 33. **clades** barbari cum fame(?) V 278, 4 (cf. 3). **cladem** calamitatem IV 434, 15. **clades συμφοράι, θυστηρίαι** II 101, 31. **cladibus** calamitatibus, miseriis *Plac.* V 55, 18. **gladibus** uindictis (*Euseb. eccl. hist.* I 8) V 419, 49 = 428, 33. V. calamitas.

Clam λέθρα II 101, 30; 358, 3. **λεληθῶτος** II 359, 20. occulte aut furtiue uel absconse IV 30, 18. occulte, latenter IV 491, 50; 434, 19 (*Aen.* I 350). latenter, occulte, **λέθρα** V 446, 6. furtiue, absconse IV 491, 51. occulte, furtim, absconse uel latenter IV 319, 2. occultum uel subito V 277, 33. occulte IV 216, 12. subito IV 491, 52. furtim, secretim V 531, 52 (*Ter. Andr.* 444). quasi clause, occulte V 650, 9 (cf. *Non.* 38, 17). **clade** (uel clude) clam uel occulte *Plac.* V 15, 32 = V 55, 27 (*ubi* *calim ex Festo Pauli p.* 47, 3 *O. Muel-lerus*; *clamide Lindsay p.* 580, *clancle* = *clancule W. Heraeus Arch.* VI 276). V. haud clam fuit.

Clamatio βοή II 258, 22.

Clamatus φωνηθείς III 122, 26 = 226, 19 = 646, 2.

Clam destinat res occulta <t> *Plac.* V 13, 13 = V 55, 20 (cf. *Deuring Fleckeiseni Ann.* CXXXI p. 648, *qui olim clandestina res occulta, recte?*).

Clamito et **clamo βοῶ, κραυγάζω** II 101, 53. **clamitat** clamat saepius IV 28, 55. saepius clamat IV 216, 22; 319, 3. multum clamat uel saepius clamat IV 491, 13. **clamitans** (?) frequenter clamat IV 30, 4.

Clannum v. clarimum.

Clamo κράζω II 354, 39; III 76, 23 (kradio); 150, 31. **κραυγάζω** II 354, 53. **βοῶ** III 129, 25; 490, 59. **φωνῶ** III 80, 26. **clamas βοᾷς** III 129, 26. **κράζεις** III 150, 32. **clamat** κράζει III 5, 11; 150, 33; 442, 17. **βοᾷ** III 129, 27. **βοᾷ, κράζει, καλεῖ** II 101, 52. **φωνεῖ** III 442, 16. **clama** βόησον III 129, 42. **κράζον** III 150, 34. **κάλεσον** III 524, 27. V. clamito. Cf. **clamant** homines *Loewe G.L. N.* 249.

Clamoniis (?) canis (clamoris caris abe) II 509, 50.

Clamor κραυγή *be post* II 97, 57; 354, 55; III 76, 24; 150, 35; 209, 14. βοή II 258, 22; 489, 69; 509, 48; 549, 35; 555, 40; *praef. p.* XXXVII; III 129, 28; 354, 19; 490, 60. βοή, κραυγή II 537, 20.

Clamosus κραγγασος II 354, 54; III 14, 10; 87, 1; 179, 26; 335, 1; 373, 56. κραγγαστής III 251, 52. κρακτικός II 354, 40.

Clanculat celat, abscondit V 277, 55; 596, 7. **clanculare** occultare, palliare, sub[*a*]cel[*l*]are V 593, 27 (*vel* seu celare *De-Vit.* subascellare *H.*).

Clancule occultissime IV 216, 27. latenter IV 30, 20; 491, 54. absconse V 277, 58. *V. clam. Cf. Arch.* II 270.

Clanculo λάθρα II 358, 3. occulte V 278, 13. occultissimo (?) V 446, 8.

Clanculum occulte IV 30, 41 (idem occ. *codd.* = id est); V 532, 57 (*Ter. Eun.* 589. 602). occultissime IV 319, 5. occultum IV 434, 16; V 278, 1; 351, 24. dubium, ambiguum IV 319, 6; V 444, 27 (canculum); IV *praef.* XLII (*item*).

clanculis id est occultis V 446, 9. **clanculum** dubium IV 214, 9 (canculum). diminutive IV 216, 15. **clanculum** mane IV 216, 7 (*ubi diluculum Warren*); V 277, 42; 349, 55. mane, dubium (*contam.*) V 521, 4. *Cf. Funck Arch.* VII 23 sq.

Clanculum (clamcuius *cod.*) patris nescientibus patribus suis V 532, 21 (*Ter. Ad.* 52 sq.).

Clandarius ab exconso (*cf. Arch.* VI p. 166) alterum lapidans II 573, 28 (*ubi* ex absconso *Oehler*). *Cf. Loewe Prodr.* p. 127, *GL. N.* 32 (clanclarius).

Clandestino λάθρα II 358, 3.

Clandestinus λαθραῖος II 358, 4. λαθροδότης II 101, 46. **clandestina** occulta machinatio V 277, 37. **clandestinum** λαθραῖον II 358, 5. λαθρομαίον, αἰφνίδιον II 101, 47. occultum, dispositum IV 30, 42. satis occultum V 494, 54; 540, 18. occultum IV 491, 53. **clandestina** occulta IV 30, 17. latentia IV 214, 28; 216, 28. latentia uel satis occulta IV 319, 7. latentia, uelata an satis occulta V 446, 7. *V. clam* destinat.

Clandire *v.* claudio.

Clanes bene agere V 446, 10; 494, 53; 564, 40 (age). clangere orationem b. a. *Buech.*

Clangit personat IV 491, 58, clingit, cludit IV 319, 9 (*v.* clingo).

Clangor κέλαδος, κραυγή II 101, 40 (*gl., sed* sub C). κλαγγή II 510, 6. κλαγγή σάλπιγγος II 350, 1. **glangu** et **clangor** ἦχος σάλπιγγος II 101, 39. **clangor** uox tubae IV 30, 15. sonus

tubae V 179, 13. uox tubae uel cantus, sonitus IV 491, 57. uox tubae et sonitus dicitur V 627, 2. sonus tubarum IV 216, 11; 434, 17; V 277, 39 (sonitus). sonus tubarum aut uox anserum V 446, 16. nunc sonus, proprie autem uox anseris est V 179, 14. horribilis sonus confertus (?) IV 434, 18 (*Verg. Aen.* VIII 526). inrationabilium rerum IV 319, 10 (*cf. Isid. Diff.* 85). bucinarum est V 179, 12. *V. magnis* clangoribus.

Clare τρανώς III 468, 19; 284, 22 = 655, 2. ἐπιφανῶς II 312, 40. φανερώς, λαμπρώς, ἐνδόξως II 102, 2. ἐνδόξως, ἐπιφανῶς, διασπρωγός II 101, 32.

Claredines claritudines *Scal.* V 594, 14 (*Osib.* p. 155).

Clarentes *v.* clarigantes.

Claresco λαμπρύνομαι II 358, 34. φανερούμαι II 469, 57. φανερώ II 470, 1.

clariseunt (*vel* claresc.) clariores fiunt V 446, 21. **clarescunt** augeuntur V 179, 15. *Cf. Verg. Aen.* II 301.

Claret patet, manifeste est IV 30, 23. patet manifeste IV 491, 12. clara est V 639, 9 (*Non.* 85, 19).

Clarifigo λαμπρόνω II 358, 33.

Clarigantes clarentes, florentes V 179, 16.

Clarigatio ἐνεχρυσισμός II 298, 54. ἀρπαγή, ἐνεχρυσισμός (*ubi* ἐνεχρυσισμός *Salmasius*) II 101, 50. ἐνεχρυσισία, ὀμηρία II 101, 56. clara actio IV 216, 19; V 494, 56. pignratio rerum V 278, 7. uox principis pugnae, id est clara uox V 618, 16 (*cf. Serv. in Aen.* IX 53).

Clarigenus est claro genere ortus V 617, 17.

Clarigo ἐνεχρυσίζω II 298, 56.

Clarimum clarissimum V 179, 17. **clammum** clarissimum IV 319, 4; V 277, 47; 594, 31. *Cf. Landgraf Arch.* IX p. 369.

Claritas λαμπρότης II 101, 57; 358, 32 (*cf.* II 560, 46). **c**(**l**)**aritas** τρανώ<της> III 198, 55. *V. claritudo.*

Claritudo λαμπρότης II 358, 32. claritas IV 30, 19; 491, 11; V 633, 29; 638, 61 (*Non.* 82, 2). *Cf. Festus Pauli* p. 58, 10.

Clarus oppidum fuit unde Apollo

Clarius V 550, 38 (*cf. Serv. in Aen.* III 360).

Claro μυσίνη ἱερά II 101, 58. *Cf. κλάρας, κλαρία apud Hesych.*

Clarus λαμπρός II 358, 30; III 177, 7; 249, 49; 329, 24; 332, 21; 498, 69; 529, 43. ἐνδόξος, ἐπιφανής II 101, 55. ἐκδηλος II 289, 19. **clara** λαμπρά II 358, 29. **clarum** δῆλον, φανερόν II 101, 54. λαμπρόν III 5, 33; 338, 73. **clarissimus** λαμπρότατος II 101, 34; 358, 31; III

298, 12; 338, 74; 442, 18; 498, 70; 528, 38. *V. tam clara et clarimum.*

Clasma fragmen V 494, 58. *damna* V 278, 12.

Classarios classicos *Plac.* V 14, 11 = V 55, 21. *Cf. Varro de l. l.* V 91.

Classes Argiumum naues Graecorum IV 434, 21 (*Verg. Aen.* I 39/40).

Classica περιφερής σάλπιγξ II 405, 34, 429, 42. tuba II 573, 21; IV 492, 1. *V. classicum.*

Classica *v. cassita.*

Classicarii σαλπισταί II 101, 43.

Classicat tuba sonat IV 216, 16 (*classica sonant Warren coll. Verg. Aen.* VII 637).

Classicum clangor II 573, 27. ut tuba, bucina V 277, 54. cornici(ni)um, tubicin(i)um V 494, 55. **classicus** celeuma nauis IV 216, 9 (*celeusma Warren*). celeuma nauibus uel sonus V 277, 43. sonus in nauibus aut in tubis IV 29, 32; 492, 5. sonus tubae uel militum cohors IV 434, 22 (*cf. Verg. Aen.* VII 637). sonus tubae IV 319, 12; V 179, 22. **classica** tubae sonus V 354, 45. tubam, Lucanus (VI 166). *classica* dicta sunt, quod per classes diuidebatur exercitus, qui postea manipuli dicti sunt V 179, 23. tuba. Lucanus (VI 166): succendunt classica cantum, id est bellum mouent V 179, 24. tuba et eius sonus V 550, 41. tuba (*de Cassian.*) V 425, 24. tuba uel nauticum uel examinata V 277, 36 (*scr. exinamita: cf. cassita*). quae sonat in tubis uel in nauibus prouocationem canentes(!) IV 319, 11. uox tubae bellicae uel quae sonant in tubis V 277, 52 (*adde uel in nauibus ex* 50). nauticum IV 492, 3. *V. classica.*

Classicum canit prouocationem cantat V 282, 23. celeuma nauis (*nautis exemplaria aliquot deteriora*) dicit *Plac.* V 12, 30 = V 55, 22. *Cf. Serv. in Aen.* V 177.

Classice immittit habenas nauem rudentibus solidat IV 434, 23 (*Verg. Aen.* VI 1).

Classis στόλος II 101, 33; 438, 18; 495, 52; 518, 22; III 28, 6; 208, 10; 299, 21/20; 353, 11; 403, 48; 468, 20. nauis collectae, flota (*AS.*) II 573, 32. nauium multitudo IV 27, 36. naues IV 492, 4; V 277, 59. nauigia militum IV 216, 10; 492, 2; V 277, 31. conspiratio iuuenum V 446, 18. **classum** nauem posuit uel multitudinem nauium IV 434, 20 (= *Verg. Aen.* I 39/40). nauem IV 28, 57. **classes** τάξεις III 208, 31; 367, 63. naues. Vergilius (*Georg.* I 255):

quando armatas deducere classes V 179, 18. **classibus** nauibus. Vergilius (*Aen.* IV 582): latet sub classibus aequor[um] V 179, 19. *V. praefectus classis.*

Clata in hac est *gl.*: balialmon (= βούφθαλμον) id est **clatum** uocant (clata innocant *cod.*) III 536, 58. *V. calta.*

Clatri κανόνες οἱ ἐν θύραις ὀβελίσκοι II 101, 38. ligna uolubilia in caneis IV 35, 32 (*clitri*); V 179, 25. **clatris** id est lignis uolubilibus quae sunt in caueis V 653, 49. *Cf. clatrum* pearroc (*AS.*) V 352, 38.

Clauculas uilucas (*AS.*) V 278, 11 (*cf. Gallée* 347 = *murices. an conchylias?*).

Claudaster ἀρησιχάλος II 245, 32. claudus II 573, 29 (*sequitur claudens sine interpr.: nouum interpretamentum?*).

Claudia spes tranquillitatis V 494, 52. *Cf. Onom. sacr.* p. 79, 4.

Claudicare *v. caliclarie.*

Claudicariae *v. caudicariae.*

Claudio κλαύω III 479, 33.

clodico κωλαίνω III 80, 60; 163, 21.

clodicas κωλαίνεις III 163, 22.

claudicat κωλαίνει, ἐμποδίζει II 101, 35. claudit IV 319, 14 (*v. claudio*).

κωλαίνει III 442, 21. **clodicat** κωλαίνει III 7, 16;

163, 23; 402, 52.

Claudio (*h. e. claudio*) *v. claudio.*

claudire claudicare V 594, 33. **clandre** claudicare IV 319, 8; V 277, 48;

521, 5. **clandre** claudicare V 179, 11.

clandre claudicare IV 216, 14. **clandre** claudicare IV 29, 41. *V. cladre.*

clauderet claudicare V 633, 30. *Cf.*

claudio claudio *gloss. Arab.* 703. *clandre non tam in claudere corrigere quam ad uulgarem nescio quem usum*

reuocare maullt Loewe Prodr. p. 357; *cf. Birt Mus. Rhen. LII suppl.* p. 76.

Claudius Marcellus pronepos Marcelli, Octauiae Augusti sororis filius, ualde iuuenis decessit et in campo Martio sepultus est Roma(e), cuius studiis Virgilius praeiuit V 205, 23.

Claudo (*uel potius cludo*) κλείω II 350,

26; III 76, 39; 148, 28. **claudit** κλείει

III 5, 15; 442, 22. *obserrat* (= *obserrat*;

obserrat acde) IV 319, 15. **claudit**

includunt, id est celant V 179, 28.

clude κλείσσω III 148, 29. **clausimus**

cl[au]simus V 446, 13. **clauditur** cluditur V 179, 27. **claudier** claudi IV.

216, 8. claudi[tur] V 564, 43. **cladier**

deficere, deesse V 532, 4 (*Ter. Andr.*

573). **claudentur** cludentur V 179, 26;

446, 14. **clusum** est κλεισται III

148, 31.

Claudus κωλλός III 180, 41; 252, 61.

claudus cludus κωλός II 479, 34. **clodus**

χολός II 102, 13; III 13, 48; 80, 61; 86, 60; 163, 24; 180, 42; 252, 62; 330, 16; 343, 36; 402, 51; 442, 25. **clauda** debilis IV 319, 13. **clodis** (clodix *cod.*) quasi claudis. ueteres et clodum et claudum dicebant V 566, 25 (*nisi* codex quasi caudex *scribendum*: cf. *Isid.* XVII 5, 4). V. catax, cloppus.

Claua uel **claudine** furca (?) V 618, 19 (*mihī non plana*).

Clausibilis v. fascenninas.

Clauso cluso V 179, 30. V. clusum.

Claustella claustra, clusa V 564, 38.

Claustrarius κλειδοποιός III 148, 35; 371, 29. **clastrarius** κλειδοποιός III 498, 52. **clostrarius** κλειδοποιός III 308, 23; 367, 17; 442, 26; 484, 12; 525, 48. **clostrarius** κλειδοποιός II 350, 23; III 201, 30.

Claustrum κλειθρον II 101, 44; 350, 24; III 268, 68; 365, 23; 368, 75; 498, 31. mura (!) obsepta V 446, 20. ser[r]aculum ostii V 564, 39; 633, 28 (in hostiū).

clustrum (uel claustrum) repagulum IV 319, 16. **clostrum** κλειθρον II 350, 24; III 23, 48; 76, 41; 148, 32; 201, 31; 313, 16; 526, 10. clausuram ostii cum uermiculos suos V 180, 12; 653, 54

(**clustrum** et cum uericulis suis; unde clustellum: *unde* uerticilis suis *W. Heraeus Arch.* IX 595. Cf. *Iuuenal.* VIII 261. v. uermiculus). χελώνη (chelloni *cod.*)

cloustrum III 190, 57 (v. pessulus). **clitra** (claustra *ab*) κλειθρα II 101, 45.

claustra exitus uel aditus angusti IV 434, 25 (*Verg. Aen.* III 411). portae aut ser[r]aturae IV 216, 21. clauae, quod ianua<m> cludit V 446, 12. clausura IV 491, 37. clusura IV 30, 26.

claustrae clausurae V 446, 11; 564, 41. Cf. *Kluge Grundr.* I² 336^b. V. clustrum.

Clausula νόημα II 101, 36. conclusio IV 319, 17; V 446, 17. finitio, conclusio, firmi (finis *Warren*) sermones (sermonis *idem*) IV 216, 24.

Claua ῥόπαλον II 101, 49; 428, 45; 496, 50; 522, 14; III 157, 65 (clauato *cod.* clauatum?); 197, 45; 300, 53; 442, 19. Cf. ῥόπαλον **claua** uel fustis III 503, 18. **claua** fustis IV 216, 26. steng (*AS.*) V 351, 2. **claua** fuste (*Euseb. eccl. hist.* IV 16) V 419, 24 = 428, 2.

Claua v. cloaca, borda.

Clauarius ἡλοκόπος II 324, 14; III 143, 45; 202, 10; 371, 30; 442, 20; 468, 22; 484, 11. ἡλοποιός III 307, 66. Cf. forma clauaris.

Clauatura σημείωσις III 21, 33; 92, 66.

Clauata ἡλοκοπημ<έν>α III 143, 46. Cf. **clabatum** gebyrdid (*AS.*) V 352, 44. V. *Festus Pauli* p. 56, 9. V. borda.

Clauatus v. bene clauatum.

Clauia v. borda.

Clauicula ἔλιξ II 101, 59. ἔλιξ ἀμπέλον II 295, 15. clauis diminutium II 573, 25.

Clauicularius κλειδοποιός III 271, 33.

Clauiflor ἡλοκόπος III 307, 67.

Clauis κλείς II 101, 37; 350, 25; III 76, 40; 190, 63; 204, 40; 190, 63; 204, 40 (clauus); 269, 2; 313, 54; 326, 20; 498, 24; 526, 15; 527, 29. κλειδίον II 350, 22; III 148, 34; 368, 68. κλειδίν II 498, 33. **clauis** κλειδεις III 148, 33; 341, 67; 403, 64; 442, 23. V. adulterina clauis.

Clauo ἡλοκοπῶ II 324, 15; III 75, 12.

clauare πορφυρῶσαι III 370, 4. V. bene clauatum.

Clauorum faber ἡλοκόπος III 271, 75.

Clauus ἦλος (singulariter tantum declinabitur) II 324, 13; III 23, 46; 75, 13; 143, 43; 313, 22; 368, 67; 468, 21. οἶαξ II 102, 1. οἶαξ **clauus** gubernaculum; clauus singulariter tantum declinabitur II 379, 55. **clauum** πηδάλιον II 407, 17. **clauus** πορφυρά ὑφασμένη (singulariter tantum declinabitur) II 414, 9;

III 272, 53 πορφυρά πλατεία, ἦλος, οἶαξ (*lox cod.*) [calceis] II 509, 42 + 43. γόμφρος, ἦλος, καρφόν III 262, 56. ῥάβδος πορφυρῶς (?) III 323, 48. furunculus, et est dolor cum callositate (carnositate *m.* 2) in similitudinem clauorum III 598, 22 (v. carbunculus). **clauum** (clausum *cod.*) manubrium gubernaculi V 277, 40. **clau[s]us** pars gubernaculi qua tenetur IV 434, 24. **clauus** temo aut caput remi. *Vergilius* (*Aen.* V 177): clauumque a<d> litora torque<t> V 179, 31. fustis gubernaculi V 550, 40 (cf. *Serv. in Aen.* V 177). **clauum** gubernaculum V 277, 61; 521, 6. gubernaculum uel claua[t] V 446, 15. gubernacula uel claua V 564, 45. **clabo** partem gubernaculi V 446, 19. **claus** manubrium gladii IV 491, 14 (capulus?).

clauo ἀνδάν, <ὀ>θόνις (= ὀθόνιος) III 576, 37. **clauus** interdum acutus (*ita libri*: v. acutus ἦλος: *immerito offenderunt Loewe GL. N.* 81, *Stowasser Arch.* II 319, *alii*: cf. *calcar*), interdum gubernaculum *Plac.* V 12, 17 = V 55, 24 = V p. XVI 9 (*ubi acutum est et significat in fine*). **clauus** (? chlamys?) uestis purpurata *Plac.* V 12, 27 (clamis) = V 55, 23 (clauis). Cf. **clauus** feminini generis purpura uestis V 564, 42. **clau** ἦλοι II 101, 51; III 143, 44. σημεία III 370, 3. **clau[s]** manicae temonis IV 31, 2; V 179, 29. Cf. **claus** οἶακεις πλοίων II 101, 48 (*ubi clau* *Vulc.*); **clau** *perditi* (*Gregor. dial.* III 36) V 423, 51. V. flauus, borda.

Cla[n]zomenae ciuitas Asiae V 550, 39 (*Serv. in Aen.* IV 345).

Cleanth armarium seu bibliotheca [graece c[el]leptes uel fur] V 521, 24 (*cf. Iuuenal.* II 7). *Cf. cleptes.*

Clematidis v. aristolochia.

Clemens φιλόνηστος II 471, 21. ἐπιεικής, φιλόνηστος, πρᾶξ II 101, 60. ἐπιεικής III 331, 44; 519, 32. ἡμέρος II 324, 28. pius IV 216, 32; 493, 36. pius, iustus, humanus IV 319, 18. **elementem** (-ter *cod.*) mitem, placidum V 532, 20 (*Ter. Ad.* 42). **clementissimus** φιλονηστώτατος II 471, 23. ἡπιώτατος II 325, 35. ἀνεξιγκώτατος II 225, 61.

Clementer ἐπιεικῶς II 308, 4. benigne IV 33, 24. mansuete, uideus (iuste?) IV 493, 37. pie, iuste IV 319, 19.

Clementia ἐπιείκεια II 101, 42; 308, 2; III 424, 52. Πραότης, Ἐπιείκεια (*dea*) II 291, 53. ἀνεξιγκῶτα II 225, 60. φιλονηστώτα, ἐπιείκεια II 102, 3. φιλονηστώτα II 471, 22. pietas IV 216, 34.

Clepit κλέπτει II 102, 4. subripit IV 33, 23. rapit IV 216, 33. rapit, subripit V 494, 59. **crepit** rapit V 565, 20. **clepere** deripere, furare IV 494, 35. subripere, furare V 278, 5; 627, 5. furare siue subripere V 547, 31; 633, 26. furari a graeco dictum (*decorum cod.*) κλέψαι V 649, 33 (= *Non.* 20, 7. *Cf. GR. L. Suppl.* 238, 12).

Cleps fur V 349, 51 (cleptes? clops?).

Clepsydra uas aquarum quam (*vel* quod) indices habent propter (*vel* pro) horas nocturnas (orationis?) metiendas IV 35, 19; 495, 47 (quam *et* iudaei); V 178, 11. horologium, dictum est a furti (furto?) aquarum. hoc uas habent [uel in nauibus] indices ad tempora metienda scholasticis dicentibus V 277, 50 (*v. classicum*). per quod horae colliguntur IV 216, 42; 434, 27 (opere); V 176, 34. per quod horae colliguntur [id est suscepto familiariter: *cf. cliens*] V 277, 44. casella V 494, 60 (capsella?).

Cleptes (cleptus *codd.*) gippus (?) uel fur V 179, 32 (*contam.?* gibbus est νεγρός). V. Cleanthas.

Clericus hereditarius IV 408, 7. heredi (hereditarius?) uel sors V 277, 32. sors dei IV 216, 30 (*Isid.* VII 12, 2).

Cleronomus heres IV 216, 31.

Clerus sors (= *Eucher. instr.* p. 160, 8) IV 33, 25; 493, 12. V. clericus.

Clibanari quasi tunica ferrea (*vel* ferri) IV 35, 12; 216, 48; 319, 25; 495, 42; V 179, 33; 277, 51; 593, 35. **clibanarii** quasi tunica ferrea <muniti? *Cf. Roensch 'Z. f. östr. G.'* XXXIV p. 408.

Clibanicus panis in testo coctus V 179, 34. *Cf. Isid.* XX 2, 15.

Clibanus κλίβανος II 350, 52. **clibanum** κλίβανον III 369, 18. **clibanus** fornax IV 495, 36. fornus uel testus (*v. clibanicius*) IV 216, 45 (caminus, fornax, fornus *ab:* furnus testeus *Warren*). camera (*cf. Kluge 'Grundr.'* I² 336^b), fornax V 627, 7.

Clidion κλειδίον III 23, 47.

Cliens πρόσφρυξ II 102, 7; 423, 34; III 29, 8; 182, 19 (prossyras); 303, 31; 375, 36; 442, 24; 475, 21. πελάτης III 276, 67. θερῶπων III 304, 68; 504, 46; 522, 22. συνέστιος III 79, 22. seruus, profugus II 573, 31. fugitiuus II 573, 34 (*cf. Loeue GL. N. V.*) qui sub patrono est, id est qui ab aliquo affectum patris habet II p. XII. amicus minor, susceptus IV 495, 16; V 277, 46 (sessus = seruus *add.*). amicus minor IV 35, 15; V 179, 36. susceptus IV 216, 38. domesticus uel susceptus IV 319, 22. amicus uel susceptus V 179, 35. domesticus [tenator] (*aliunde illatum*) V 179, 37. amicus inferior IV 434, 28 (*Verg. Aen.* VI 609); V 532, 36 (*Ter. Ad.* 529). **clientes** amici uel serui IV 35, 20; 495, 18; V 179, 42. suscepti V 277, 30. famuli, humiles V 179, 43. *Cf. clientius* subnixius V 277, 29 (*cf. clientus in lexicis*). V. pro clientibus.

Clientela πρόσφρυγή II 102, 5; 423, 33 (clientia). officium domestici, id est clientis IV 35, 16; V 179, 40. officium clientis IV 216, 43 (clientella); 319, 23; 495, 17 (clientilla); V 277, 49. obseruatio domestica IV 434, 29; V 179, 38; 277, 45. familiaritas V 179, 41. subiectum amicum V 179, 39 (clientem?). **clientelae** susceptionis V 278, 10. **clientillae** amicitiae V 179, 44.

Clima graecum nomen est, id est cardo uel pars caeli, ut clima orientale et clima meridianum (et — meridiana! *om. R*) *Plac.* V 11, 13 = V 55, 26. circuitus, tractus uel aona (zona *Warren*) IV 216, 50. paralempsis (?) V 494, 61. ascensio V 350, 7 (climax? cliuus?). **climata** pars caeli IV 34, 51. plagae, graece V 277, 57 (*Isid.* III 42, 1; XIII 1, 3). V. aona, tractus. *Cf. Suet. Prat. ed. Reiffersch.* 202, 6.

Climacter necamacula (climacula?) V 180, 1. **climactera** tractus uel spatium mundi IV 216, 49. **climacteres** partes caeli (*Clem. Rom. rec.* IX 12) V 422, 60.

Climacteria naturae rei incerta perflugia uel auxilia IV 34, 50; V 180, 2 (*cf. circumscriptoria*).

Climax schema V 351, 25. graece gradatio V 354, 63 (*cf. Isid.* II 21, 3).

Clingo cludo *Papias*. **clingit** cludit IV 319, 24; V 594, 35. *Cf. Festus Pauli p. 56, 13; Loewe Prodr. 13, Buecheler Umbr. 87. V. clangit.*

Clinicus κλινικός II 350, 59; III 29, 40; 362, 79. paralyticus IV 35, 27; 216, 37; V 180, 4. paralyticus [cieplea] IV 495, 46 (*v. 47*). **clinici** qui de lecto non descendunt, dicti appellatione graeca quia clinos (!) dicitur lectus V 180, 3.

Clinice lectus uel †tegreus IV 495, 4; V 277, 38 (textus *cod.*: ubi torus *Hagen Grad. ad crit. 24. therapeusis Buech.*).

Clinorum (*scr. cylindrum*) semicolum-nium V 277, 53.

Clinisit decurtauit V 180, 5 (glubsit decoriauit? *v. glubo*). *Cf. Loewe Prodr. 13.*

Clinus (κλίνη) lectulus V 350, 4. **clini**[i]um lectum uel accubitus V 494, 62.

Clotodum *v. exedra.*

Clipeat cooperit V 639, 25 (= *Non. 87, 20*). **clipe**<e>t celet V 565, 41. **clipeare** contegere IV 33, 22 (clepere contingere); 35, 25; 494, 36; V 633, 29. *V. clipeus.*

Clipeolum ἀσπίδιον II 248, 16. **clipeola** anulus et rotulas uel anulos *lib. gl.*

Clipeus ἀσπίς το ὄπλον V 565, 41. ἀσπίς τὸ ὄπλον **clipeum** . . . **clipeus** . . . II 248, 19. **clipeus** ἀσπίς II 487, 46; 537, 23; 549, 38; III 238, 56. ἀσπίς, θωρεός II 509, 36. ἀσπίδιον III 367, 61; 489, 51. σάκος III 353, 19. **clipeum** θωρεός II II 330, 1. ἀσπίς III 170, 50. ἀσπίδιον III 22, 30; 93, 39; 203, 10; 367, 42. **clipeum** scutum IV 35, 26; 216, 36; 319, 27. ubi imagines proponuntur IV 319, 26. **clipeum** ubi imagines proponuntur IV 216, 51; V 446, 30 (oppo-nuntur); 566, 41 (ponebantur); 594, 36 (clipei). **clipeum** imago rotunda in qua solum caput pingitur V 180, 6. **clipeus** quod clipe<e>t id est celet V 565, 43. *Cf. G.R. L. I 77, 14 sqq., Isid. XVIII 12, 1.*

Clipsideru purgatio ferri III 588, 4; 609, 67; 559, 14 (clipsidero). *Ἀνλέπις σιδήρου?*

Cliris ἑπιπυροσ ὁ ἰχθύς II 333, 5. *V. glix, glis.*

Clisciscere (*h. e. disciscere*) disiungere V 180, 7. *Cf. Loewe Prodr. 177.*

Clitella κωνθήλιον II 102, 9; 338, 26. *Cf. clatella ξυλοκάνθηλον II 522, 18.*

cratella ξυλοκάνθηλον II 545, 24. **c(1)itellae** ξυλοκάνθηλα (singularia non habet) II 378, 26. **clitellae** ἄντυγες II 102, 10. **cretellae** IV 319, 20; V 594, 34. **cretellae** clatellae IV 326, 14; V 594, 64. **Clitri** *v. clatri.*

Clitumnus lacus est in Umbria; boues ex eo aquam bibentes maximi fiunt V 180, 8. lacus in finibus Pollentiono-

rum (Spoletinorum *Serv. in Georg. II 146*); huius, ut fertur, aquam bibunt cuius libet coloris grauidae et candidos pariunt V 180, 9.

Clive difficile II 573, 35. **cliuus** pronius, deterius V 565, 42 (clinius *cod. cf. declinis*). procliuus? *V. cliuus.*

Cliuosus κατακλινής II 341, 14; III 260, 43. **κατωφερής τόπος** II 346, 50. **τόπος κατωφερής ἦτοι ἐπιεκκλιμένος** II 457, 25. **cliuosum** inaequalem IV 35, 24; 495, 3. inaequale V 595, 48. **clibecti** (*AS. = klippig*) V 349, 23. **cliuosa** inclinata IV 319, 21; 495, 2; V 277, 35; 63; 446, 24. *V. cliuus.*

Cliuus τόπος κατωφερής ἦτοι ἐπιεκκλιμένος II 457, 25. ἀνάβασις II 102, 8; III 199, 40; 260, 38. **κατάβασις** II 339, 36; 509, 37. ἀναπορον (ἀνάφορον *recte David*) III 427, 22. **ascensus** IV 35, 33; 216, 39. **arciosus** (*ex ascensus corruptum?*) seu ascensus V 446, 23. **cliu[i]um** ascensus, singularis uia[e] V 351, 50. **glebum** ascensum, singularis uia V 424, 5 (*Gregor. dial. III 7*). *Cf. cliuus* (cliuosi?) flexuosi, montuosi V 277, 62 (*v. Isid. XV 6, 5*). **cliuu** aspera, difficilia *Plac. V 14, 29 = V 55, 25 (cf. Non. 194, 29; v. Fest. Pauli p. 64, 10 v. cliue)*. *V. Caelium.*

Cloaca κανάλις II 338, 21; 492, 55. ὑπόνομος II 102, 12; 467, 20; 517, 51; III 20, 8; 91, 59. **ὄχετός** riuus canalium, **clabaca** II 391, 2. **cloaca** ὄχετός II 540, 15; 552, 40. **ἀποχνηθιον** II 545, 9. **ἐκχύτης, ἡνωχός** II 101, 41. **ἀμάρα** (*v. amara*) III 196, 56 (clauaca); 268, 18; 365, 29; 433, 37; 489, 67. **clabaca** uel aquaria V 494, 63. **cloacum** canalis V 446, 25; 566, 24. **claucus** canalis V 564, 44. **cloaca** locus uel fossa extra ciuitatem, in quam publicarum latrinarum stercora egeruntur, in quem scilicet locum corpora sanctorum martyrum causa despectionis iactabantur V 584, 2. **cacla** (*cf. G.R. L. V 392, 24; 397, 13*) in qua sordes urbis defluunt V 565, 51. **cloacae** fossa balnearis IV 496, 33. fossae balneariae V 180, 10. **cloacas** (*vel cloacae*) angustiae uiarum uel aquae ductus II 573, 22. **cloacas** fossas balnearias per quas aqua decurrit V 277, 34. **clabaca** est forma vulgaris. *Cf. G.R. L. IV 198, 12. V. borda, cloax.*

Cloacarius δεσμοφύλαξ(?) III 353, 50 (*duae glossae confusae*). clauicularius *H.*

Cloax κανάλισκος II 338, 22.

Cloca *v. toral.*

Clodus *v. claudus.*

Cloes pluuia IV 45, 17; 216, 41; 500, 35; V 446, 32; 494, 50 (chies); 57; 521, 9; 542, 2; 564, 37. pluuia uel na-

uigium V 593, 52. folles *lib. gloss.* Cf. *Loewe Prodr.* p. 364 (*qui clues polles ubique restituit*). hyades? κλύς *Buech.*

Clonia graece, quod nos ramalem dici(!) possumus. hanc Graeci pissimo, nos picem uocamus V 180, 11. Cf. *Isid.* XVII 7, 72 (*unde scribendum est πίσσαν*).

Cloppus γωλός II 102, 16. lordus uel lurdus **cloppus** III 499, 44. lordos pandus **cloppus** III 529, 49. λωρδός pandus **cloppus** III 330, 35. Cf. *Diez* II c clop. V. grappus.

Clores ἰάπυξ ἄνεμος II 102, 15 (*ubi corus = caurus Marsilius: idem Nettleship Arch.* VI 150; *scr.* chorus).

Clos (Elos *cod.*) lox calceis II 509, 43 (*quod antecedenti glossae adiciendum esse vidit Buech.; cf.* sub clausus).

Clostrarius v. claustrarius.

Clostrum v. claustrum.

Clotho Κλωθώ III 237, 35. **Clato** nomen Parcae primae V 277, 60.

Cluamentia stultitia V 277, 41 (*amen-tia? cf.* *Loewe GL. N.* 132).

Cludendinus vel **Cludidenus** v. Clu-
nienus.

Cludo v. claudio.

Cluentia v. cauentia.

Clunaculum pugionem, dictum ab eo, quod ad (*om. R*) clunes religatur (*reliquetur G*), id est spata *Plac.* V 14, 28 = V 55, 28. Cf. *Festus Pauli* p. 50, 6, *Isid.* XVIII 6, 6. V. cluniculus.

Clunar κρηθῆς λέπυρον II 102, 19 (*ubi cluma, h. e. gluma cd: cf.* *Festus Pauli* p. 55, 13). V. culma.

Cluniculus v. sica.

Clunis ἰσλίον, ὄρθοπόγιον II 102, 17. ἰξός II 332, 33; III 248, 59. γλοντός II 263, 30 (clunes); III 248, 62; 468, 23. ψάα II 509, 49. laendnum (*AS., dat. plur.*) V 351, 32. **clunem** pyncyn (*πυγγήν?*) V 446, 28. **clunes** κόξα II 102, 18. γλοντοί III 13, 8; 86, 18; 176, 12; 311, 56. coxae IV 216, 44. **clunis** cossae IV 408, 9. **clunix** cossae V 627, 11. **clunes** renes V 277, 56. Cf. **clunius** λουθρος(?) II 362, 47 (*eluuies e: λύθρος?*).

Cluo polleo, resplendo (!) V 494, 64. **cleo** cleui, clareo, impleo, cresco (*contam.*) V 565, 17. **clues** polles IV 216, 47. **cluis** pullus (= polles) V 446, 27. pollix (= pollis, polles) V 627, 9 (*v. cloes*). **cluet** nominatur, praefertur (!) V 639, 27 (= *Non.* 87, 26). nominatur, in gloria est V 627, 8. nominatur in gloria V 278, 3. pollet uel est V 446, 26. **cluiet** (!) uel excellit V 633, 25. **cluit** pollit IV 408, 8; V 446, 29; 627, 12. pollet uel uiget *lib. gloss.* **cluat** no-

bilitat V 350, 20. **cluere** clarum esse *gloss. post Salom.* Cf. *Loewe Prodr.* 364.

Clura δόξα II 510, 5.

Clura πύθηρος II 102, 14. **clusa** πύθηρος III 484, 31. **clira** ομοία (*h. e.* similia pro simia) II 102, 11. **erura** κερκοπίθηρος II 518, 16 (*clura abe*). **clura** simia II 573, 26. Cf. **cluna** uel **clunis** est simia V 618, 3. **cluram** uel **glurum** simiam alias cercopithecum *Plac.* V 15, 44 = V 55, 29 (*cf.* *Festus Pauli* p. 55, 9). **cluram** simia quae cum cauda est V 180, 13. Cf. *Isid.* XII 2, 31. Cf. *Loewe GN. N.* 67, 81; *Dammann Comm. Ien.* V 41.

Clurina κερκοπίθηρος II 348, 23; 492, 57.

Clusium Tuscanum (*cf.* *Serv. in Aen.* X 655) V 566, 40.

Clustella clusterlocae (*AS.*) V 352, 32 (*Aldhelm. de laud. virginis.* XLII). V. claustellla.

Clustellum v. pessulus.

Clustrigo (= colustra?) quod super lacte nat quasi oleum III 599, 20. *πικέριον* (*piceri cod.*) III 604, 40.

Clustrum κλυστήρ II 351, 8 (*cf.* *Buecheler Arch.* I 111). V. claustrum.

Clusum κελκισμένον III 148, 30 (*v. clauso*).

Clunienus (*cludidenus* vel *cludendinus* *codd. corr.* *Ribbeck Mus. Rhen.* XXXIX 315: *cf.* *Loewe GL. N.* 148; *Iuuenal.* I 80) imperitus V 494, 65.

Clunior nobilior V 627, 10. **clunior** nobilior V 596, 10. **criuor** nobilior V 282, 38. Cf. *Loewe Prodr.* 364.

Clydon maior tempestas V 446, 31.

Co(?) qualiter V 278, 58 (= quo?).

Coacerbo δεινοποιῶ II 267, 22. *παροστρώω* II 399, 19.

Coaceruantes congregantes siue aptantes IV 499, 43.

Coaceruatio ἔθροισις II 219, 53.

Coaceruo συναρρέω II 447, 62. **coaceruat** congregat IV 499, 44. colligit IV 219, 40. colligit, congregat IV 319, 28.

Coactile πλωτόν II 407, 55; III 323, 47. genus cilicii II 574, 22.

Coactiliarius πλοποιός II 102, 24 (*coactiliarius πηλ.*). **quaactiliarius** πλωτοποιός II 407, 56. **quaactiliarius** lutifex (*vertit πηλοποιός*) II 590, 60. **coactiliarius** lutifex II 574, 2. **coactiliarius** πλοποιός III 309, 16.

Coacto v. coactor.

Coactor κομάκτω αναγκος (*coacto ἀναγκάσις f: contaminata*) II 102, 23. *εἰσπράκτωρ* III 442, 28; 475, 67. *συμφράκτωρ* III 442, 27. *πράκτης* II 415, 5. condiscipulus, cooperor II 574, 10 (*contam.?*). **coactores** argentarii V 595,

49 (= *schol. ad Hor. sat. I 6, 85*). **com-
[m]factores** argentarii V 279, 37; 627, 20.
V. argentarius.

Coactuarius v. coctarius.

Coactus ἀναγκασθείς II 102, 21. **co-
actum** compulsum V 531, 45 (*Ter. Andr.*
275). **coacti** prouocati, compulsi IV 44,
47; 219, 45. prouocati, inritati IV 319,
30. prouocati IV 500, 4; V 278, 22.
coacta collecta IV 44, 48. V. coacta.

Coadunatio ἔνωσις II 301, 10 (quo
ad. *cod.*).

Coaduno συνάπτω II 444, 17. **cona-
dunare** συναγαγεῖν II 108, 4.

Coaequalis ὁμηλιξ II 383, 2 (quoaeq.).
coaequales ὁμηλικες II 102, 22.

Coaequo ἐξισῶ II 303, 43. ἴσον ποιῶ
II 333, 18.

Coaetaneus συνηλιξ III 304, 45. ὁμη-
λιξ II 383, 2. *συνηλικιώτης* III 181, 23.
quasi compar aetatis V 180, 19 (*GR. L.*
VII 299, 29). **coaetanei** unius aetatis
V 180, 18.

Coaeuus ὁμηλιξ II 383, 2. *σὺγχρονος*
II 441, 1. *ἡλικιώτης* II 324, 6. *ἡλικιώ-
της*, ἡλιξ III 249, 21. aequalis aetate
IV 498, 3. **coaeuum** coaetaneum, eius-
dem aetatis IV 319, 31. coaetaneum
IV 219, 34; V 278, 59. V. aeuus.

Coaggeratio ἄθροισις II 219, 53.

Coaggero ἐπισωρεύω II 311, 34.

Coagitatam concussam V 494, 66
(= *Vulg. Luc.* 6, 38).

Coagmenta coniunctiones a quoa-
gendo V 650, 13 (= *Non.* 42, 14).

Coagmentarius ἀρμολόγος II 102, 30.

Coagmentem *praef. anthol. Salm.*
(V p. VI, ubi cohacmentem *cod.*, non
coagm.).

Coagminari quando agmine coniu-
ngitur V 446, 37.

Coagminati conglobati, constipati,
collecti V 448, 10.

Coagulatus constrictus IV 498, 25.
congelatus, conglutinatatus V 494, 67.
incasseatus V 446, 36. V. lac coagu-
latum.

Coagulo συμπήσσω πνίαν II 442, 50.
coaculabit constringet V 627, 13.

Coagulum πνία II 102, 20; 426, 52;
503, 16; 529, 30; III 315, 13; 572, 58;
73 (coagula); 571, 66. **coaculus** πνία
III 548, 54. *ταμίσιον* (= *τάμιος*) III
315, 14 (quagulum). **coacola** larix III
567, 50. **coaculum** a cogendo et (id
est?) colligendo IV 319, 29. **coagulum**
a <coagendo id est> colligendo V 649, 44
(*Non.* 28, 18).

Coalesco συνακμάζω II 443, 50. *συν-
αύξομαι* II 444, 28. **coalescit** συνα-
κμάζει II 102, 25. conrescit IV 37, 42;

500, 20. conglutinat, crescit IV 38, 3;
500, 50. conrescit uel conglutinat IV
319, 32. conglutinat uel connutrit V
278, 30. simul nutritur uel conrescit
IV 220, 12 (crescit); V 446, 35. con-
glutinat IV 219, 44. **coalit** (?) simul
nutrit V 446, 33 (*cf.* coalitus). **coalescent**
pascunt V 354, 13. **coalescant** pascant
(*Euseb. eccl. hist. II 17?*) V 419, 64 = 428,
50. **coalescere** adolescere V 425, 38 (*Cas-
sian. inst. VI 9*). **coaluerit** concreuerit
V 278, 71. **coaluisse** suornodun (*AS.*)
V 350, 45 (*cf.* *Oros.* V 11, 2).

Coalitus enutritus (= *ēnutritus*?) IV
43, 6; 45, 37; 499, 16; V 278, 72
(coalitus); 446, 34. simul nutritus IV
319, 33.

Coamator v. rualis.

Coarcuatio concameratio, id est con-
iunctio arcuum IV 44, 49; 498, 13; V
180, 14; 593, 41. concameratio, con-
iunctio V 278, 23.

Coarguo ἀπελέγχω II 234, 22. *ἐξε-
λέγχω* II 302, 52. *συνελέγχω* II 445, 18.
coarguit ualde accusat IV 36, 33. **co-
arguere** compescere IV 319, 34; V 446,
38 (*cf.* *Isid. Diff.* 19).

Coartati conclusi IV 498, 8. **coar-
tata** constricta IV 44, 23.

Coartifex v. migida.

Coarto δεσμῶ II 268, 41. *συνέχω* II
445, 56. *συνσφιγγω* II 447, 58. **coartat**
στενοῖ II 102, 27. **coartor** constringor,
coniungor IV 319, 35. *cf.* IV 220, 9
(coarto *vel* -or constringo *vel* -or).

Coat v. ceuo.

Coaucta collecta IV 500, 21. collecta
uel coadunata V 278, 24. coacta?

Coauctio συναύξισις II 444, 27.

Coaugeo συναύξω II 444, 29.

Coax(ar)e v. rana et *Loewe GL. N.*
147, 248. V. quasat.

Cobius v. gobio.

Cocceum κόκκινον III 322, 70; 527,
14. sanguineum IV 319, 37. **coccina**
rusa V 565, 50. V. coccum.

Coccum κόκκος II 499, 61. *κόκκος*
τὸ βάρμα II 351, 68. **coccum bis tinc-
tum** ulocraead (*AS.*) V 349, 36. **cocceum**
uel **coccinum** color rubeus V 494, 69.

Cocetum a Graeco *κνκεῶνα* (*ita*
Deuerling: *kacyona vel κνκνανα codd.*
κνκεῶνι O. Mueller ad Fest.) [*cocina:*
del. Deuerling cum O. Muellero] *Plac.*
V 14, 35 = V 55, 36. *cf.* *Festus Pauli*
p. 39, 8, *Tertull. adv. Valent.* 12.

Cochlea (*vel* coclea) κοχλίς II 517,
50; 540, 25; 552, 50. **cochlia** coclea
κοχλίς II 354, 36. **coelia** miaci (*h. e.*
μνάκιν) II 563, 33. **coelea** ascensus
qui circuit V 351, 43 (*cf.* *Vulg.* 3 *Reg.*

6, 8; *AHD. GL.* III 268, 36). **cochleae** *κοχλίας* III 257, 24. **cochliae** *κοχλιοί* III 14, 60; 87, 49; 184, 8. **coeleae** *κοχλιοί* III 203, 9 (*in cap. de aureis*). *lytlae* *sneglas* (*AS.*) V 351, 49. **coeleas** *βικάνη* (*βικάνη?*) III 554, 22; 618, 50. *uuylocas* (*AS.*) V 353, 52. **V.** *concha*, *testudo*, *clauculas*. *Cf. Isid.* XII 6, 48.

Cochlear *v.* *applare*, *lingula*.

Coehliarium *κοχλιόριον* II 354, 35; III 379, 13. *κοχλιόρονξ* (*κοχλιόριον Ducange*) III 93, 60; 203, 29; 324, 59; 368, 2; 497, 67; 527, 21. *Cf. coelearium* (*vel* *collearium*) *denarius* *dimidius* IV 496, 56 (*Is.* XVI 26, 3). **V.** *ellum*, *lingula*.

Cociatrī *v.* *copiaria*.

Cocuin- *v.* *coquin-*.

Cocio *μεταβόλος* II 102, 26 (*et margo*); 116, 23; III 201, 63; 308, 49; 442, 29; 484, 59; 530, 2. *μεταπράτης* II 369, 32. *comparans* *et* *uendens* II 574, 9. *arillator* IV 319, 38; V 594, 37. *Cf. Festus Pauli* p. 20, 12 (*coctio*), *Loewe Prodr.* 285 (*coctio formam tutatur Bugge* *Altit. Stud.* p. 35). **V.** *arillator*.

Cocionator *μεταβόλος* II 368, 44.

Cocionatura *μετάπρασις* II 369, 34. **coctionatura** *μετάπρασις* (*em. Vulc.*) III 443, 71; 475, 68; 500, 11.

Cocistrio *tabernarius* V 614, 46 (*ocistrio*). *praegustator* *cocinae* V 595, 16. **coctistrio** (*vel* *ocistrio*) *graecum* *est*, *id est* *tabernarius* *Plac.* V 55, 30 = V 125, 11; 228, 33. *Cf. Loewe Prodr.* 291.

Cocles *luscus* II 574, 17. **coelites** *monophthalmi*, *lusci* *cod.* *Voss. fol.* 24 (*Loewe Prodr.* 391). *Cf. Serv. in Aen.* VIII 619, *Is.* X 164, *luscus*.

Coeliarius *v.* *coeliarius*.

Coconidium *v.* *turbisci* *semen*, *cinicius*.

Coctarius *όπτανάριος* II 385, 69. **coctuarus** *έψητής* III 255, 9. **coactuarius** *έψητής* II 321, 41. *quoquinator* II 574, 6 (*ubi* *coquinarius* *Loewe GL. N.* 33).

Coctiliarius *πηλοεψητής* III 309, 17.

Coctio *σηλία* (*h. e. σιτεία*) II 102, 38. *σιτεία* (*σιτια* *cod.*) *ή σίτευσις* II 432, 9.

Coctura *sania* (*Samia* = *terra S.*?) III 595, 26. **cocturam** *samam* III 629, 26.

Coectura *έψησις* II 321, 40; III 255, 8. *όπτησις* II 102, 29.

Coetus *έφθός* II 321, 3. *έψητός* III 562, 20. **coctum** *έφθόν*, *έψημένον* II 102, 28. *έφθόν* III 14, 38; 87, 29; 141, 4; 183, 54; 255, 6; 364, 10; 398, 12; 468, 24; 494, 41. *έψημένον* III 143, 36.

Coetus nidus *v.* *lacteris*.

Cocula *ligna* *arida* *uel* *uasa aerea* IV 219, 37; 497, 21 (*concula*); V 279, 60 (*conchula*); 446, 39; 593, 38. **coculus**

aereis uasis ad coquendum uel assulus aridis *Plac.* V 14, 36 = V 55, 32. *Cf. Festus Pauli* p. 39, 3; *Isid.* XX 8, 1, *Plauti fragm.* p. 167 *ed. mai.*; *Loewe GL. N.* 90, 95, 206. **V.** *cacula*.

Coculam *v.* *cuculla*.

Coculbraga *v.* *buglossa*.

Coculum *v.* *colucla*.

Cocus *μάγειρος* II 363, 50; III 5, 46; 25, 48; 202, 1; 339, 24; 367, 18; 442, 30. **coquus** *μάγειρος* II 116, 23 (*v.* *cocio*); III 444, 14; 499, 49. *μάγειρος*, *δαιτρός* III 269, 12; 271, 67. **cozum** *μάγειρον* III 214, 52 = 230, 47 = 650, 9.

Cocytus *Καυκτός* III 237, 45. **Cocitus** *flumen* *apud inferos* IV 41, 17. **Cocuetus** *flumen* *apud inferos* IV 40, 8; 496, 1 (*cf. Loewe Prodr.* 377 *adm.* 1). **Cocytos amnes** *flumina ignea* *apud inferos*, *id est* *in baratro* *Plac.* V 13, 8 = V 55, 31.

Coda *v.* *cauda*.

Codex *v.* *caudex*.

Codicillus *πινακίς βασιλική* II 407, 62.

codicillos *κωδικίλλους* III 387, 47. **codicellos** *κωδικίλλους* III 32, 33.

Codra *v.* *quadra*.

Codrus *nobilissimus pastor* *et poeta* *fuit* V 180, 15. *nobilissimus pastor significatur* *et poeta* *quem Vergilius elegis laudat* V 180, 16 (*cf. Ecl.* V 11; VII 22, 26).

Coebriosa *v.* *compotrix*.

Coemeterium *v.* *cimiterium*.

Coemo *συναγοράζω* II 443, 36. *συναγορεύω* II 448, 50. **coemit** *συναγοράζει* II 102, 41.

Coemptio *συνωνή* III 442, 32; 479, 12. *commercium* IV 319, 39. **coemptione** *comparatione* V 446, 41. **V.** *ceptio*, *comptione*.

Coemptionalis *v.* *contemmalis*.

Coenobita *graece* *in commune uiuens* (*reg. Bened.* 1, 3. 28) V 412, 54 (*Isid.* VII 13, 2).

Coenobium *plurimorum monasterium*, *congregatio* IV 493, 26. *monasterium plurimorum* IV 33, 33. *congregatio* V 278, 16 (*Isid.* XV 3, 7). *ex graeco et latino compositum esse dicitur*: *est enim habitaculum plurimorum* (*reg. Bened.* 5, 21?) V 415, 9 (*Isid.* XV 4, 6). **V.** *in coenobiis*.

Coenobulium *concilium*, *conuentio* IV 434, 32. **V.** *concilium*.

Coeco *συνάπτω* II 444, 17 (*cogo?*). *συννοσιάζω* II 447, 19. *συνέρχομαι*, *συννοσιάζω* *γυναίη* II 102, 39. *conuenio* *Plac.* V 12, 13 = V 55, 33. *commisceo* V 551, 9. **coit** *ambulat uel conuenit* IV 37, 8; 497, 29. *conuenit uel ambulat* IV 320, 12. *conuenit, ambulat* IV 219, 47. *ambulat* V 278, 28. *conuenit* V 278, 31. *misci-*

tur (!), congelascit IV 320, 11. **coimus** conuenimus V 532, 55 (*Ter. Eun.* 539). **coeunt** conueniunt IV 220, 8. in uicem concumbunt IV 496, 24. **coeant** conueniant IV 319, 40. **coire** συνιέναι II 446, 40. sine h scribendum *Plac.* V 55, 38. **coiit** ambulauit IV 37, 9; 220, 1; V 278, 29. concubuit IV 220, 4; 43, 40 (*cogit*). V. coibatur.

Coepi ἄρχομαι II 247, 2. ἡρξάμην II 325, 43. **coepit** ἤρξατο II 102, 34; 325, 44. **coepit**, tenuit IV 32, 24. **inchoauit**, **inchoauit** IV 220, 5. **inchoauit**, **inceptit** uel **coorta** est IV 319, 43. **aemitauit** (*v. imitor*), **inchoauit** IV 319, 42. **coepere** incipere V 639, 38 (= *Non.* 89, 14; *cf. Festum Pauli p.* 59, 10); *Plac.* V 14, 45 (*incepere*) = V 54, 8.

Coepi incoati, **initiati** IV 220, 6. **coepita** incepta, **composita** mutat *Plac.* V 10, 7 = V 55, 34 (*cf. GR. L.* VII 269, 14). *Cf. coepta* incepta, **inchoata** *Plac.* V 54, 9. **coeptis** inchoatis IV 33, 49.

Coepo ἄρχομαι II 247, 2. **coepat** inchoat IV 42, 21.

Coercendas (*vel* *coherc.*) **refrenandas** IV 319, 44.

Coercentibus reprimentibus IV 41, 10.

Coerceo βασανίζω II 256, 6. ἐπέχω II 306, 52. κολάζω II 352, 5. **coherceo** τιμαροῦμαι II 456, 1. **coerceo** conspicio IV 220, 10; V 494, 70 (*coesco cod.*). **cohercet** κωλύει II 102, 36. *συνέχει, ἐπιστρέφει, ἐδύνηι, ἐλέγχει, κολάζει* II 102, 56. *σφίγγει, κολάζει, τιμαρῆται* II 102, 37. **cohercit** corripit, **prohibit** IV 496, 13. **cohercit** corrigit, **castigat** IV 320, 4. **retinet** uel **punit** IV 319, 45. **coeredit** corrigit V 278, 26. **corrigit**, **prohibet** IV 35, 38. **coerect** **refrenat** IV 219, 39. **cohercet** **emendare** IV 36, 31. **cohercere** in uincula mittere uel **iactare** *Plac.* V 12, 9 = V 55, 37 (*cogere*). **comercere** **coercere** V 181, 9 (*v. conicio et cogo et coactor*). **cohercuit** **refrenauit** V 546, 53 (*Ouid. Met.* I 31). V. *contineo, arceo*.

